

V C  
3797



1.226,30.

V c  
3797

CONCIO  
EUCHARISTICA sive GRATULA-  
TORIA, JAROMIERZICII IN  
MARCHIONATU MORAVIA  
16. Februarij,

POST QUAM  
SERENISSIMVS ET POTENTISSI-  
*mus Princeps ac Dominus, Dominus*


F R I D E R I C U S I . D . G .  
R E X B O H E M I A E C O R O N A-  
T U S , C O M E S P A L A T I N : A D R H E-  
N U M , E L E C T O R , D U X B A V A R I A E  
& Silesiæ, Marchio Lusatia Regimen MARCHIONA-  
T U S M O R A V I A E , f e l i c i t e r , & c u m o n n i u m a p p l a u-  
s u B R U N A E i n e o d e m M a r c h i o n a t u 6 . F e-  
b r u a r i j f u s c e p i s s e r

H A B I T A  
a W E N C E S L A O O L Y R I O I B I-  
D E M E C C L E S I A E P A S T O R E  
A N N O

Verè extremæ patientiæ Christianæ

I o c c I o x x .

NEOPRAGÆ Typis CARLSPERGIANIS.





VENERABILITATE EXCELENTISSIMO VIRO Dn.

ABRAHAMO SCULPTETO  
GRUNBERGENSI SILESIO, S. S.

Th. Doctori, Aulæ Serenissimæ Regiæ Majestatis  
in Boemia Concionatori fidissimo  
exercitatissimoq;.

N E C N O N  
CLARISSIMO ET EXCELENTISSIMO VIRO, Dn:

CHRISTIANO RUMPFIO  
MEDICINÆ DOCTORI, ET SACRATISSIMÆ Regiæ Majestatis in Boëmia itidem, Medico  
celeberrimo felicissimoq; , Viris apprimè doctis  
michiq; aeternum honorandi.

S. P. D.



Rincipes & Reges, Viri Doctissimi & Excellentissimi, quoniam DEI inter mortales  
gerunt personam, teste Psalmista Ps. 82. v. 6.  
merito verbis & opere sunt honorandi:

A 2

Tales

Tales enim sunt, sine quibus (juxta Ciceronem lib: 3. de leg:) nec civitates, nec gens, nec humanum genus universum stare, nec rerum natura omnis, nec mundus potest: violari itaque sine gravissimo scelere, certissimaque poena nequaquam possunt. Hinc Nathan quam vis magnus magni J E H O V A E Propheta, Davidem Regem demisso vultu in terram adorasse legitur i. Regum i. v. 23. Romani autem tanti olim faciebant suos consules, ut nemini, ne officij quidem causâ, liceret unâ cum eis progredi, lictorumq; munus fuisse, ut populum de via discedere juberent, ne quisquam Magistratum pedes offendideret, vel ulla ex parte impediret: Si autem eques ob viam veniret, ex equo descendere jubebatur, quod magni honoris loco apud ipsos habitum fuisse Valer: Max: testatur.

Quod si Ethnicos id factitasse videmus, quanto magis nobis Christianis idem faciendum erit, qui non lege tantum, sed naturâ etiam ad id ultro impellimur: Scimus etiam Reges maximè bonos ac Christianos, ad instar DEI in mundo imperare, Regnumq; sine Rege, nihil aliud esse, quam corpus sine capite, & plebem sine præfetis, belluam multorum capitum. Hinc D E O R U M nomen ipsis attribuitur (i. Pet: 82. v. 19.) jubentur timeri (Prov: 24. v. 21.) Debetur illis honor (i. Pet: 2. v. 17.) Subiectio (Rom: 13. v. 1. A D E O ergò quia & nostrum Se

renissi-

renissimum & Potentissimum Regem FRIDERICUM  
datum esse scimus, est cur de eo nobis glatulemur, est  
cur eum omni honore ac amore prosequamur, est cur eum  
nos dedamus, prosperrimos successus precemur, de eoq;  
domi forisq; honeste & sancte, tanquam de DEI Vica-  
rio loquamur. Is enim demum Reges recte honorabit,  
qui eos (ut olim dixit Fridericus III. Imperator) non  
magis quam Deos timebit.

Quod ut Viri Venerandi, Clarissimi mihiq; desidera-  
tissimi, me etiam fecisse sciatis, ecce ad vos cum opella-  
mea, huius rei vivo teste, quam licet Cedro dignam, ve-  
stroque acri ac solido judicio congruam vix esse existi-  
mem, Magnos enim magna decent, porro tamen, op-  
tima quæq; mihi de Vobis, ut Viris insigniter doctis, &  
per doctrinam ingenuis ac humanis, promittens, porrō,  
inquam ad Vos diverto, Vobisque eam legendam offe-  
ro. Nec frustra, Candor enim ille vester, erga me, & ali-  
os in Christo Symmistas honorandos TREBICII in  
transitu, ad mensam non dicam Philosophicam, sed ve-  
rè Theologicam declaratus ac exhibitus, facit, ut vos  
cognitos ex facie, quos antea ex scriptis noram, præci-  
puete D. D. Abrahame Scultete impensis atem, Vo-  
bisque me totum devoveam. Nec vos offendat id, quod  
paulò tardius nempe post inaugurationem & receptio-  
nem Serenissime Majestatis Regiae pro MARCHIONE

A 3

MO-



MORAVIÆ, & quidem domi habita fuit, satis tamen  
commode si modo benè, occasio enim tum, quum de-  
buit offerri, præripiebatur.

Accipite itaque, & per otium legite, satis mihi erit,  
si me vestri amantem cognoscetis: Paleæ quidem viden-  
tur esse, at ex bono corde profectæ, forsan in iis etiam  
grana recondita reperientur: Vale.

Dabam Jaromierzicij, in Marchionatu Moraviæ,  
Anno Christi M. D. C. XX.

V. E.

deditiss:

M. VVenceslaus Qlyrius

CON-



CONCIO  
EUCHARISTICA sive GRA-  
TULATORIA.

Proœmium:

Deus ille Opifex Cæli & Terræ qui transfert &  
constituit Reges sit nobiscum Amen.



Aulus filius ille Cis, cum jam esset in Regem  
Israelis à Deo electus, & à Samuele Pro-  
pheta unctus, omnes ita eum, non absque  
magnō tripudio salutarunt, VIVAT,  
VIVAT REX.

*1. Sam*  
10

Et merito: Erat enim de gente Israelis  
erat domesticæ Religionis.  
erat optatus ab omnibus  
erat electus à DEO.  
erat receptus ab omnibus.

Ita salutandus est Rex noster FRIDERICUS I. DEI  
Gratia Rex Bohemiæ ac MARCHIO MORA-  
VIÆ, &c. dicendumque ei: Vivat, Valeat, Vivat  
REX FRIDERICUS, Vivat MARCHIO.

Est enim verus Israelita

Eft

**E**st Religionis Domesticae, qualis à seculis multis ab omnibus desiderabatur.

**E**st summè ab omnibus expetitus.

**E**st electus à Deo, imo oblatus.

**E**st receptus à populo nostro.

**R**egi itaque novo: Occurrendum

Acclamandum

Cum eo gaudendum.

**O**lim Archimedes inventa permisti auri atq; argenti ratione, é balneo nudus cucurrit domum clamans inveni, inveni.

**N**os invenimus non rationem permisti auri & argenti Sed novum Regem, omni auro & argento pretiosiorem, dicendum itaque nobis:

Invenimus quem optabamus

Invenimus quem expectabamus

Invenimus quem quærebamus

Invenimus quem salutarem huic nostræ Patriæ credidimus.

Invenimus qui nos, non rationem permiscendi auri & argenti, sed permiscendæ ac inundæ sacræ ac salutaris unionis edoceat.

**I**raelitæ ad Majestatem Regiam evesto novo Rege, offerebant illi codicem Legis Divinæ, quem tam Rex, quam populus legebant ac meditabantur. (Deut: 17.) debuit enim esse Regula ac norma omnium actionum.

Ita nostro Regi novo, offerendus codex Scripturæ Sacrae, legendumq; in eo **R E G I  
N O B I S.**

Quod

Quod ut cum fœnore larga fiat, antequam audi-  
amus verba Prophetę, à numine Divino opem im-  
plorabimus precatione ab ipso JESU CHRI-  
STO præscripta.

Pater noster..

## TEXTVS:

Psal: 118. v. 24. 25.

Hic est dies quem fecit JEHOVAH: Exultemus  
& lætemur in eo, dicentes:

Obsecro JEHOVAH, serva nunc; obsecro JE-  
HOVA, prospera nunc.

Verba hæc pauca quidem, sed gravissima, sed amplif-  
sima, sed mysterij ac gaudij plena.

Beneficijs enim multis, olim sibi exhibitis comme-  
moratis tandem in jubila erupit David: Trium-  
phandoq; dixit: Hic est dies, &c.

Ita & nos dicamus: Hic est dies : &c.

Sed ut melius de omnibus erudiamur, videamus.

I.

Qualis Davidi fuit dies iste, & qualis sit nobis?

II.

A quo sit factus.

III.

Quid in eo faciendum?

AD PRIMVM.

B

Dicem

is mul-

rgenti  
amans

rgenti  
preti-

ræ Pa-

niscen-  
ac in-

doceat.

Rege,

m tam-

antur..

rma o-

uræ Sa-

Quod



Diem istum Davidi fuisse multorum beneficiorum  
diem, ipse Psalmus docet. Erat enim

Dies Precum exauditionis. v. 5.

Preces enim illius ex angore effusas promptissime  
exaudivit.

Patrocinij oblationis. v. 6.7.

Jehovæ enim præsente auxiliatore nihil juris ha-  
buit in illum homo.

Victoriæ Contributionis. v. 10. & seq.

Vallo circumdederunt eum hostes, sed in nomine  
Jehovæ enervavit eos.

Tanquam apes effusi erant in eum, sed extincti fue-  
runt ut ignis spinarum.

Imo jam prostratus fuit ab ipsis, sed Jehovæ auxi-  
lio iterum erectus fuit, cuius robur erat illi sa-  
luti.

Triumphi collationis. v. 14. & seq:

Beneficijs enim omnibus pensatis non potuit ea-  
non decantare.

Hinc tandem ea: Hic est Dies.

Nobis itidem est dies multorum beneficiorum: Est  
enim

I. Dies exauditionis precum.

In angustia clamavit David ad Dominum, nec fru-  
stra, audivit enim eum, & in lato collocavit.

Quæ itidem nos suspiria, quos gemitus, quas lacry-  
mas edidimus, prompsimus; imo effudimus?

Eramus enim absynthio pasti, & aquis amaritudinis  
potati (Ierem: 9. v. 15.) Ut oculi nostri converti-

mus.

vi-

vidarentur in fontes lacrymarum, quod optabat olim Propheta, Ier: 9. v. 1.

Omnis vociferabamur ut ursi, & tanquam Columbae gemuimus, Esa: 59. v. 11.

Sed (LAUS DEO) non erat id frustaneum,

Suspiria enim erant pensata.

Gemitus notati.

Lacrymæ numeratæ. Ita n. Psaltes Ps: 56. v. 9.

Preces exauditæ ac adimpletæ,

Petebamus à Deo.

Præsidium, sed ecce præsto erat nobis omni tempore, Psalm 121. v. 3. 4.

Patientiam in cruce, sed non fuit denegata, quod enim non desperavimus, hoc beneficium,

Dei est singulare.

Diminutionem malorum, sed ecce respiramus paullum ut olim Judæi, Esd. 9. v. 8.

Magistratum supremum, sed ecce secundum cor DEI, datus est: qualis olim erat David.

Imo ne haec tenus deest nobis quis ergo ad eum non clamabit? Quis ad eum non confugiet? Quis tutela ipsius se se non committeret?

Audivit & juvit Davidem: audiet & juvabit nos etiam, modo clamemus.

## II. Dies novæ gratiæ.

Gratia hæc est, quod dedit nobis Regem talem, quem à multis annis desiderabamus, & qualis rarus erat in his Regionibus.

Is enim ipse, (teste Propheta Dan. 2. v. 21.) transfert & constituit Reges.

B. 2.

Per.



Per hunc Reges regnant, & Principes iusta constituunt, Prov. 8. v. 15.

**Job 12.** Is ipse vinculum Regum solvit, & ligat frenum in rebus eorum, hoc est, vinculum quo Reges subditos constringunt, solvit, jugum quod populo impo-  
**v. 18.** nunt ex eorum cervicibus eximit, tandem & ipsos Reges throno deiicit.

**Exemp:** Sic curavit Babylonem expugnari, & Regem Belschatzarem interfici, quo captivi Judæi & Ecclesia è servitute liberaretur. Dan: 5.

Sic sinit eos quasi hamis capi, & longè abduci, quod accidit filiis Ioschijæ Regis Judæ, abductis in Babylonem.

Sic factum A.Dn.M.D.XXIII. cum Christier-  
no Danie Rege, qui cum Tyrannide sua cunctos Regni Ordines offendisset, Friderico Patruo ac Lubecensibus arma in ipsum fumentibus, una cū liberis & uxore Elisabetha (aliis Isabella,) Caroli Cæsaris sorore, alias laudatissima fœmina, Regno profugit, tandem vero in carcere vitam clausit. cum annos 27. captivus fuisset. Bucholc.

Ita factum cum Erico Rege Sueciæ filio Gustavi Anno Dn.: M.D.LXX. qui de solio deturbatus vitam itidem in carcere finivit. Funcius.

Ita & hoc tempore simile quid factum Ferdinandi Principi Styriæ.

Ita eveniet omnibus Tyrannis.

Contra alios ad thronum præter omnium expectatio-  
nem evicit.

Ita factum: Cū Matthia Hunniade, qui è Carce-  
re ad Sceptra Regni Hungariæ fuit evictus. Buch.

Cum



Cum Elisabetha Regina Angliae, quae à Custodia liberata, & in Regium thronū collocata sceptrum fibi traditum habuit, sub qua Ecclesia post Mariæ Imperium, paululum respiravit.

Cum Johanne Sueciæ Rege, qui itidem à carcere reductus, Rex factus fuit.

Cum Rege nostro FRIDERICO, &c. quem singulari Dei gratia in REGEM electum, imo pertractum esse, nullus nostrum dubitat.

Renuente autem DEO, etiam potentes frustra ad Regna adspirant, ut in Gallia Henrieus Guisius, qui affectans Regnum Henrici III. Regis Galliarum, jussu interimitur..

Dixit olim Tertullianus: Non nasci Christianos, Ego vero dico Non nasci bonos Reges, sed à Deo dari.

Rex itaq; noster FRIDERICUS

si bonus est,	si placidus,	Gratiā Dei id factum.
si sedulus,	si liberalis,	
si prudens,	si pius,	
si Religionis Patronus,		
si Patriæ Defensor ac Pater.		
si vivit ac floret,		

At hæc bona omnia promittimus nobis de nostro Rege, verè ergo dies hic, dies novæ Dei gratiæ.

### III. Dies novi Beneficij.

At quale illud Beneficium?

Non quod auro aut argento donati simus,

Sed quod Regem novum, Regem pium ac Clementissimum accepimus, & una cum eo maxima bona.

Nova autem beneficia quanci sint æstimanda, non est opus multis dicere.

B 3

Novum

institu-  
reni-  
bditos  
impo-  
z ipsos  
egem  
& Ec-  
oduci,  
ductis  
istier-  
nctos  
uo ac  
ina cū  
Caroli  
Legno  
usit.  
Gusta-  
rbatus  
Verdi-  
tatio-  
Carce-  
Buch.  
Cum

**Novum beneficium erat olim Judæis**, quod jussi fuerant exire ex Babylone: Novum & nostrum est critq; dum per Regem nostrum licebit nobis ex Babylone Antichristi pedem movere, jugumq; illius intolerabile excutere.

**Novum erat beneficium**, quod Israëlitæ internecioni destinati, vitâ per Estheram Reginam, id procurantem, donati erant: Licet & nobis per Regem nostrum vivere, qui antea jam condemnati eramus.

**Novum erat beneficium**, quod Judæi suæ Religionis habebant Regem Saulem: Novum & nostrum est, quum Regem nobiscum in Religione convenire videamus, quo haec tenus caruimus.

Non ergo reticendum: Beneficia enim D E I, (*testē Chrysostomo in Genes. Homil. 9.*) omnibus horis consideranda & prædicanda.

Dixit quidem Aristoteles Stagirites: *Beneficij memoriam esse brevissimam.* At nobis est longissima. Ita David memor fuit beneficij sibi collati, olim à Barsillao, *1 Reg: 2. v. 7.* His à D E O.

Ita nos.

Revera enim accepto novo Rege, sciamus accepisse nos plurima & maxima beneficia: Is enim Aperiet Scholas Christianas, ut olim **Carolus IV. Cæsar...**

Juvabit & promovebit Ecclesiás, ut **Constantinus Magnus.**

Refodiet librum Legis ex ruderibus, ut olim **Helias Sacerdos, 2 Reg: 22.**

Defen-

Defendet Religionem, ut  
olim Theodosius Imp.  
Ut priori seculo in his Regionibus, Georgius  
Podiebradius Boëmia Rex.

Forum aperiet, ubi jura silere visa fuerunt,  
ut olim Moses. Exod: 18

Justitiam administrabit, ubi non jure, sed vige-  
bantur omnia. Sapien: 2  
v 10.  
& seqq.

His beneficijs quid gratius? quid optabilius? quid  
utilius?

Dei quidē sunt, at per Regē nostrū nobis dantur.  
Nos ea promittimus nobis in eo, ille autem præ-  
stabit, modo non diffidamus.

#### IV. Dies novi Honoris.

Regem enim nostrum coronatum audimus, quid au-  
dimus? imo videmus, imo jam recepimus.

Magno honore donati fuerunt

Josephus, quod secundus à Rege erat; quod annu-  
lo aureo & torque donatus; quod veste byssi-  
na indutus fuit. Genes: 41

Mardochæus, quod Regio amictu indutus, equo  
per Urbem ferebatur, Hamanq; clamare co- Esther 6.  
gebatur, Sic fiet viro, cuius honorem Rex optat. v 9.

Daniel, quod post explicatum somnium Nebu-  
cadnetzaris, dona amplissima accepit, domi- Dan: 2.  
natorq; in tota provincia Babyloniarum consti- v 48.  
tutus fuerit.

Majore honore decoratus est Rex noster..

Non enim secundus à Rege, sed ipse Rex creat⁹ est.

Non annulo aureo ac torque, sed Corona, sce-  
tro, regnoq; eximio donatus est.

Non est

fissi fue-  
um est  
obis ex  
mq; il-

necioni  
procu-  
Regem  
ramus.  
igionis  
ostrum  
conve-

, (teste  
is con-  
memo-  
ssima.

cepisse  
im-  
lus. IV.

ntinus

m Hel-  
Defen-



**N**on est clamatum coram eo, *Sic fiet viro, &c.* Sed ipse Rex salutatus est, dictumq; est illi: *Vivat Rex, vivat Marchio, in annos Nestoreos.*

**N**on provincia unica, sed totum Regnum, una cū Confoederatis provincijs commissum est illi.

**E**zechiæ an non id maximo honori fuit, quod potentissimus Rex Babylonis Merodac-Baladan, missis adeum munerib; amicitiam ejus expetebat.

**A**nnon et nostro Regi maximo honori erat quod à tota Corona Nobilitatis, Principum, Comitum, Baronum, Equitum, imo ab omnibus harum Regionum incolis unanimi consensu ac voto expetitus fuerit.

**D**e Josia Rege Judæ ita scriptura asserit: *Quod par ei non fuit ante eū Rex, qui reverteretur ad Jehovam ex toto corde suo, & ex toto animo suo, totisq; viribus suis; omnino secundum legem Mosis: nec post eum existiterit par.*

Ista diei possunt & de Rege nostro, illi parem Regem Bohemiam non vidisse.

**N**ec ab homine honor iste collatus est ei, sed à Deo,  
Iis enim, Honorantes se, honorantur.

**I**mō nostro honori etiam id cedit, quod nempe Regem Christianum, Ecclesiæ Christi genuinum ac vivum membrum nacti sumus: Nec aetas nostra talem vidit.

**V**erè ergo Dies hic, dies novi Honoris est.

**P**rædicent alij suam gloriam, honores, divitias, sapientiam, &c.

**P**otior gloria nostra, habere Regem Christianum, ac veræ & orthodoxæ Religioni adictum.

**V. Dies**

*Ezai:39.*

*¶ 1.*

*2Reg:23*

*¶ 25.*

*1Sam:2.*

*¶ 30.*

V. Dies optatæ libertatis.

Hæc quam grata ac accepta esset multis, patet ex Lacedæmonijs, qui obfessi à Philippo Mace-  
done, mori potius volebant, quam servi esse. *Plutarh.*  
Cicero autem tanti faciebat libertatem, ut morte  
eam vindicandam censeret. *Philip-*  
*pica 2.*

Quanti itaq; æstimabitur libertas nostra? aurum  
ac argentum nihil huc valet, ne gemmæ quidem  
preciosissimæ.

At per quem nobis obtigit? an non per Regem  
nostrum FRIDERICUM, Regem Christianum:  
Isenim id nobis est, quod olim Israëlitis  
Moses erat:

Is Israëlitas ex durâ ac dirâ servitute extri-  
cavit: Rex noster ex servitute Anti-  
christiana, duriore ac molestiore Ägypti-  
aca.

Ut itaq; miserrimus status erat Israëlitarum sub  
servitute Ägyptiaca; Sic noster sub servitute  
illa Antichristi: Omnia enim tum deorsum fe-  
reabantur.

Miser erat status.

1. ECCLESIA quæ non nisi jam prostibulum erat:  
Idolatria enim pro vero ac genuino cultu divi-  
no obtrudebatur..

Traditiones humanæ ludicræ ac hiulcæ, sacris li-  
teris contrariæ, pro scripturis divinitus inspi-  
ratis prooonebantur..

Aniles ac fictitiæ fabulæ pro Theologia enarra-  
bantur..

C:

Multis,

g. Sed  
: Vivas  
, una cū  
est illi.  
tentif-  
an, mis-  
petebat.  
at quod  
Comi-  
bus ha-  
ensu ac  
er ei nos  
n ex toto  
is; omni-  
it par.  
rem Re-  
DIO,  
ape Re-  
uinum  
Necatas  
as, sapi-  
christia-  
ioni ad-  
. Dies

Multis in Ecclesia vivere, erat securē impiē ac per-  
versē vivere.

Ecclesiæ nōmen pallium erat multis, quo impu-  
ram vitam tegerent.

Ejus Reformatio promittebatur quidem, at nō  
præstabatur..

Ostendebatur nobis ejus

: Caput, P A P A nempe, at vñ erat corpori sub  
hoc capite.

: Pastor, sed qui melius lupus dispergens ac  
mactans gregem Domini dicendus erat,  
aut aper ille silvestris, vastans vineam Do-  
mini, quam Pastor.. Cujus erat proprium  
inebriari sanguine Sanctorum, ac Marty-  
rum Jesu Christi.

2. R E L I G I O N I S quæ libera quidem ubiq; debebat  
esse, quum non ex arbitrio hominis, sed D E I  
pendeat, qui dat fidem cui vult, eaq; non sit om-  
nium, & debeat esse spontanea non coacta..

At venalis erat: imo ne auro jā redimi poterat.

3. P O L I T I A R U M , Ubi perpetuæ similitates, odia in-  
testina, lites, seditiones, Ligæ, Præticationes  
(loquar) falsæ, sub nomine Cæfareo constitu-  
tiones ac decisiones.

Omnia itidem h̄ic venalia erant

Honores,

Dignitates,

imo ipsa justitia : ad quæ omnia aditus non pa-  
tebat, nisi fide abjecta & Christo abnega-  
to: quod jam (heu nimium ! ) à multis fa-  
ctitatum fuit.

Forum

Psalm 80.

v 14.

Apoc: 17.

v 6.

Ephes: 2.

v 8.

Forum & Cathedra, Unum h̄ic erant.

H̄ic videre erat,

Achabos sanguinarios : Tzibas avaros;

Antiochos inquietissimos , Achitopheles astutissimos.

Pharaones crudelissimos ac omni sympathia exutos.

Simoniacos quam plurimos.

Præmia h̄ic erant, Ferrum & Ignis.

Si itaq; liberi sunt dicendi ij, qui jugum Domini-  
norum suorum per manumissionem ex-  
cusserunt.

Multo magis dicendi sumus liberi nos, qui jugū.

Antichristi (D E o laus) excussumus.

o grata! o optata libertas! Ita semper vireat ac flo-  
reat ! nunquam marcescat ! flaccescat !

## VI. Dies sacræ ac aureæ Unionis :

Quæ enim Regiones visæ sunt disjunctæ , ac quasi dis-  
ruptæ, hæ beneficio quidem D E i primò, at tandem  
Regis nostri conjunctæ ac unitæ sunt , & quasi in  
Unam Coloniam traductæ.

At quantum Bonū hæc UNIO ! quā optabile BONUM !

Hæc cœlum cum terra, D E U M cum homine ligat:

Per hancterra& Maria in suis limitib⁹ cōtinentur

Per hanc plantatur, crescit ac augetur Ecclesia.

Per hanc dilatantur Politiaæ.

Per hanc conservantur in flore Regna ac Urbes.

Per hanc naturâ fera ac crudelia cicurantur ac mi-

tescunt : quod ostensum in Arca Noachi , di- *Genes: 7*  
versi generis animalia in se continente, &c.

ac per-  
impu-  
at non  
pori sub  
rgens ac  
us erat ,  
am Do-  
oprium  
Marty-  
debebat  
ed D E I  
n sit om  
cta..  
poterat.  
odia in-  
cationes  
onstitu-  
  
non pa-  
abnegat  
ultis fa-  
  
Forum

Contra ruente Unione, ruunt omnia, teste ipso  
Christo, Matth: 12. 25.

Certum est enim & omnium seculorum experien-  
tiâ comprobatum, Nullum regnum esse, nullâ  
politiam, nullam civitatem, nullam domū, tam  
munitam, tam firmam, quæ per discordiā non  
corruat, ac funditus non evertatur.

*Genes: 13*

Norat hoc Abraham, qui sejungi maluit à Lotho,  
quam cum Pastoribus ipsius altercari.

*Gene: 27*

& 28.

Norat hoc Jacob, qui ut odium Fratris Esaui de-  
clinaret, in Mesopotamiam, donec effervesce-  
ret ira ejus, discessit.

*Psal: 133*

Norat hoc David qui dixit: Ecce quām Bonum  
& quām amānū est, habitare fratres etiā unā!

Norat hoc Scilurus ille Scytha, qui moriturus, ac-  
cerfisis ad se filijs suis, fasciculum jaculorum,  
tot numero, quot illi erant, (erant autem 80.)  
eis porrexit, frangiq; voluit: quod quum sin-  
guli tentassent, nec fasciculus frangi posset, ille  
singulis hastilibus exemptis singula facillimè  
confregit, ac tandem ad eos dixit: *Mei filij, vos*  
*fratres si concordes fueritis, invicti manebitis: Si di-*  
*scordes, expugnatus facillimi.* Non potuit Scytha  
magis Scythicè rem ob oculos ponere Fratrum  
scilicet Concordiam, quovis muro firmius esse  
munitionem.

Hinc Cicero: *Dulce nomen Pacis, Res verò ipsa,*  
*cum jucunda tum salutaris.*

Utinam idem nos etiam noscatnus! & potius con-  
cordiæ quam discordiæ operam demus: quum  
Concordia parvæ res crescant, discordia ma-  
gnæ dilabantur.

Armemur ergo Concordiâ, & invicti, ut olim  
Spartani erimus.

Nec desperandum :

Modo Deus nobis ac Regionibus nostris fa-  
veat & adsit.

Modo Rex noster F R I D E R I C U S vivat ac va-  
leat.

Modo illa Pyramis, hederâ virente circum-  
septa, Monetæ nostræ Moravicæ insculp- *Moneta*  
ta, inconcussa maneat : hoc est ; Modo *Marchio*  
Deus vera illa Pyramis sit nostrum pro-natus *Mo*  
pugnaculum, & turris fortissima : modoraviae.  
Concordia hedera illa semper virescens,  
apud nos perduret, nil hostes etiam effe-  
ratissimos timebimus.

Magna quidem jam hostes illi effecerunt : Agros,  
vineta prædia, pagos, oppida, domos, &c. ferro  
ac flamma vastarunt, Bona diripuerunt :

At (Deo ita volente) non dum omnia, adhuc PEL-  
LA manet, quæ nos recipiat, & ubi Ecclesia con-  
servetur, manebitq; quamdiu Deus cum Rege  
nostro erit ac Regnabit.

Imò per hanc UNIONEM unanîmem, & hos,  
Deo adjuvante vincemus.

Quod ergo David dixit hoc de die, ¶ 24. Hoc &  
nos dicamus : Hunc esse diem quem fecit  
J E H O V A H.

Vellem adjicere Diem hunc, esse diem *Victoriae*  
ac *Triumphi* : at ne ante Victoriam videar tri-  
umphum canere, ad aliud tempus ( si Deo vi-  
sum fuerit) ista rejicio.

Modo ista sufficiat.

teste ipso  
xperien-  
sse, nullā  
omū, tam  
rdiā non  
i Lotho,  
Esau de-  
fervesce-  
n Bonum  
ctiā unā !  
urus, ac-  
ulorum,  
em 80.)  
aum fin-  
osset, ille  
facillimè  
i filij, vos  
tis : Si di-  
t Scytha  
Fratrum  
nius esse  
verò ipsa,  
cius con-  
s: quum  
rdia ma-

AD SECUNDUM.

Jam videamus à quo dies hic factus sic? Dicitur factum  
esse à Domino.

**A**t quis iste Dominus? Dominus iste est

Non Pharaon, Dominus Ægypti:

Non Nebucadnetzar, Rex Babylonis:

Non Alexander Magnus, Domitor Mundi:

Non Xerxes, Dominus Maris, ita n. se appellari  
voluit.

Sed Deus omnium Maximus & potentissimus.

Magni quidem illi ac potentes erant, at multò  
major ac potentior illis Deus.

**V**erè ergo Dies ille à Deo est: Huic enim totum  
hoc, quantumcunq; est, quod certe maximum  
est, totum inquam vendicandum est:

Negotium hoc non nostrum at illius est.

**E**t licet multum potuerunt hac in re

Geinitus & lacrymæ afflitorum:

Vota & preces piorum:

Consenfus Regionum:

Deus tamen ipse omnia ista ad certum, bonum  
& optatum finem direxit.

**Q**uod si penitus rem ipsam introspiciamus, cer-  
te apparebit ardua fuisse omnia.

**Q**uis ista sperasset quæ jam evenerunt,

Jam captivi quasi tenebamur:

Jā ad instar mancipiorū alijs vendebamus

Jā jugum Hispаниcū nobis imponebatur

Voluntas multis pro lege erat:

Libertas jam jam ferè erecta fuit.

**Q**ui primi debuimus esse, postremi eramus

**Alieni**



**A**lienigenis, hostibus P A T R I E ac R E L L I G I O -  
N I S infensissimis, B A N D I T I S ac S I C A R I I S  
levissimis magna & præcipua concredebatur.  
**N**obis incolis germanis, ut olim Davidi *Psal:II. vi*  
hinc migrandum erat.

Et ut verbo dicam, verè morti destinati fuimus. *1Cor:4.*

**A**t D E I beneficio, ejusq; opera, omnia superavimus: *9.*

Ut non immeritò cum Davide dicamus; *Psal:124*

*Nisi Jehovah adfuerit nobis, quum insurgerent con-  
tra nos homines:* *& seqq.*

*Tunc vivos deglutiuerint nos, quum exardesceret  
ira eorum in nos:*

*Tunc aquæ inundassent nos, torrens transiisset ani-  
mam nostram.*

*Tunc transiissent super animam nostram aquæ,  
[nempe superbi illi homines.]*

*Benedictus sit Jehovah, qui non exposuit nos præde-  
dentibus eorum.*

*Anima nostra ut avicula erepta est è laqueo aucupi :  
laqueus fractus est, & nos erepti sumus.*

Olim Magi Ægyptij, quum non possent Cyniphes pro-  
ducere, dixerunt *Digitum D E I* hunc esse. *Exod:8.*

Nos multo melius id in negotiopræsenti dicere possumus. *19.*

*Esse id D E I digitum,*

*D E I opus ac negotium singulare,*

*Nos nihil hac in re potuisse.*

*Quod ergo paululum respiramus,  
id à DOMINO est:*

*Quod Beneficia multa accepimus,  
à DOMINO est :*

*Quod R E G E M bonum, pium, ac clementem habemus  
à DOMINO est.*

Nec enim est potestas nisi à D E O , Rom: 13. 7.

Daniel Propheta dixit (cap: 2.20.) D E U M mutare tempora & articulos temporum : Ergo & illa, quæ fiunt in tempore, ut pote Constitutiones Regum ac Regnorum, quum ea alijs dat, alijs aufert.

Proinde Bene Plato, qui dixit D E U M facere, ut ex servis nascantur Reges, & ex Regibus servi.

Reges autem esse D E I ordinationem ab eoq; constitui, demonstratur id.

#### I. EXEMPLIS.

**Sacris:** Saul primus Israelitarum Rex è clitellario Rex factus, subterfugio illo, manifestè ostendit, se nihil minus, quam regnum meditatum fuisse : porro tamen Rex factus fuit.

1 Sam: 9.

9. 10.

1 Sam: 16.

2 Sam: 16. ¶ 21.

1 Reg: 2.

24.

10ha: 19.

II.

2 Par: 36.

23.

Dan: 2.

37.

David ab ovibus raptus, præter omnium expectationem, ipsius etiam Samuelis, in Regem Israëlis unctus fuit.

Hinc de se ita.

Et Salomon à Domino regem se esse constitutum professus est.

Christus autem ipse Pilato potestatem de super datam esse asserit.

#### Prophanis.

Cyro annon D E U S dedit omnia regna terræ.

Nebucadnetzari magnificentiam, gloriā & honorem.

Claudius

Claudius Imperator è latebris extractus, Imperator à militibus salutatus fuit.

Nota est historia de PRZEMISLA O Boëmia Principe, homine aliquin obscurus ad Regnum ab aratro vocato: ut reliquos præterea.

Cuthen-

**a. PRODIGIIS**, quibus plerumque ostendit Deus, Regna & Principes ab se dari, ut à multis jam observatum est.

Plinius de servio Tullio narrat, quod quum in domo Tarquinij Prisci educaretur, flammæ species caput ejus amplexa fuerit: Consulti augures, significarunt dignitatem ei summam portendi, quod tandem evenit: Rex enim Romanus creatus fuit.

Lib: de  
viris il-  
lustr:

De Tarquinio Prisco, quod Romam advenienti aquila pileum sustulerit, & quum altè evolasset, reposuerit; Cui augures regnum debere pronunciarunt.

Lucium Cornælium Syllâ, adhuc infantem, mulier quædam obvia consulem salutavit, quum dixit *Salve puer, tibi & Republicæ tuae felix.*

Marciani Imperatoris caput aquila circumvolans an non eum aliquando Imperatorem futurum prænunciavit.

Proco-  
pius.

Et ut taceam de Cyro Rege, annō is per vitam illum, per somnium ursam, ex Mulieribus Mandanis filiæ Astyagis Medorum Regis, enatam, totā Asiam obumbrantem, Rex declaratus fuerit.

Iustin:  
lib: I.

Hinc bene Principes ac Reges, appellant se Reges & Principes esse GRATIA DEI.

D

Nam

mutare  
o & illa,  
tutiones  
dat, alijs  
facere, ut  
Regibus  
constui,  
litellario  
manifestè  
regnum  
nen Rex  
omnium  
amuelis,  
esse con-  
tatē de  
ia regna  
r, gloriā  
Claudius



**Nam licet successione deferantur illis regna, Gra-**  
**tia tamen DEI est, cum alicui obveniunt, quia**  
**Deus potuit eos auferre vel morte, vel permit-**  
**tere ut alius regnum ipsorum occuparet.**

**Eadem GRATIA DEI & nostrum FRIDERI-**  
**CUM Regem Boëmiæ, Dominumq; harum Pro-**  
**vinciarum creatum ac salutatum esse, quis du-**  
**bitat?**

**Præterea etsi maximè ad Regna & Principatus adspirant**  
**multi, tamen præter voluntatem DEI, nemo pro-**  
**movetur..**

**Sam: 2.** **Exempla:** Abner voluit quidem Isbosethum constitue-  
re Regem super universum Israëlem, at  
non potuit.

**Absolon etsi Consiliario callidissimo Achito-**  
**phele iteretur, tamen non est consecutus**  
**Regnum..**

**Adonias etsi Joabum militiæ ducem & Abia-**  
**tarum Sacerdotem in suas partes pertra-**  
**xit, tamen ne is quidem regno pottus est.**  
**Contra quem Deus ad Regna promotum vult, homines**  
**nequaquam impedire possunt.**

**Fratres Josephi omnimodè obstabant, ne is Do-**  
**minus alicujus terræ, quem illi ac Pater ipsius**  
**adorarent, crearetur, at porro illud evenit.**

**Rex Saul tametsi ad intercessionem usq; Davidem**  
**persequeretur, non tamen inhibere potuit,**  
**quominus is in Regem ungeretur..**

**Sicut vero Saul hoc potuit haud, ita nec Absolon**  
**aut Seba, Davidem excutere regno potuerunt.**

**Multa**

Multa etiam obstabant Regi nostro FRIDERICO, quæ illum à Regimine hoc Regio revocarent, imo hactenus obstant ut pote:

Hostium animus violentiam spirans:

Minæ Fulminatrices & virulentia plenæ.

Sarcasmi impudentissimi, quibus omnes anguli referti.

Pericula periculosissima, quibus intricandus erat.

Status harum Regionum valde turbulentus, & quodam modo ad ruinam vergens.

Bella hæc intestina omnia depascentia.

Infidiae tectæ & apertæ.

At porro Gratia Dei, factus est Rex vivit hactenus, & vivet in posterū etiam, ad preces piorū.

Nec facile, ut quidam sperant ac optant, deturba-bitur, quoniam à Deo ad Regimen illud evec-tus ac vocatus est. Dī autem constitutiones, an non ratæ ac firmæ?

Cæterum et si ordo Politicus sit à Deo: tamen sèpè Personæ Politiam administrantes non sunt à Deo, & magis turbant ordinem divinū, quām tuentur aut ornant, ut Caligula, Nero, & aliæ pestes plurimæ, grassantes in Regnis, divinitus ordinatis, ferro flama ac vi, velut in horto apri.

Hinc Paulus Apostolus, venerabatur Romani Imperij leges ac ordinem, sed Neronem oderat ac execrabatur, ut diaboli organon lacerans ordinem bonum, unde illum Leonem indigitat.

Hinc idem: Imperia apellitans ordinationem dividinam, discernit ea à peccatis, nam peccatum non est

D :

non est

na, Gra-  
unt, quia  
permit-  
et.  
IDERI-  
arum Pro-  
quis du-  
dspirant  
emo pro-  
constitue-  
çlem, at  
Achito-  
nsecutus  
& Abia-  
s pertra-  
ttus est.  
homines  
ne is Do-  
ter ipsius  
enit.  
Qavidem  
e potuit,  
Absolon  
tuerunt.  
Multæ

non est ordinatio D E I, sed confusio & hor-  
renda perturbatio divinitus instituti ordinis,  
quam D E U S semper odit ac execratur.

*Esa: 10.*

*15.*

Talis Magistratus fit virga & flagellum D E I, se-  
curis, serra, quanquam ne huic parcit tandem, si  
potentia eam abutatur, ut in multis comprobatur.

Quae cum ita se habeant, annon ergo Diem hunc à Do-  
minō factum esse dicemus?

Et quia à D E O factus; Est cur laudetur ille, ma-  
gnificetur, ac prædicetur.

*Pf: 48. 2.*

Solus enim is Magnus ac laudabilis,

Solus gloriosus,

Solus mirabilia facit.

*Pf: 72. 18*

### A D T E R T I U M.

At quid agendum hac in die?

Duo: 1. Gaudendum.

2. Vovendum.

At quae Davidici gaudij Materia erat?

Beneficia illa huic præstata, quae multa quidem e-  
rant & singularia, maximum vero quod ex ma-  
nu hostili ereptus fuit.

Nos itidem multa beneficia accepimus à D E O  
inter quae hoc præcipuum, quod ita D E O gu-  
bernante, Regem novum, pium ac Christianum  
habemus videmusq;

Magnum habere bonos amicos, vicinos, &c. A  
majus habere pium & Christianum Regem.

Olim & quidem ante paucos annos, magno pretio  
vix istud bonum redimi posset, at nunc à D E O  
gratis illud accepimus.

Davi

David ergo beneficijs sibi præsticis pensitatis, ita  
ad se & populum: *Exultemus & lætemur in eo.*  
Ita nos ad nos metipso nostrosq; dicamus: *Exul-  
temus & lætemur in eo.*

**Gaude ergo BOHEMIA**, potentissimum na-  
cta Regem.

**Gaude MORAVIA**, pientissimum nacta Mar-  
chionem.

**Gaudete Regiones & Provinciae Confœderatae**,  
promissimū nactæ subsidiū ac patrociniū.

**Gaudete MAGNATES ac Proceres harum Re-  
gionum**, habetis Regem cui vestras res vel  
ipsam vitam tutò committere potestis.

**Gaudete DUCES BELLI**, feliciter sub vexil-  
lo DEI ac Regis nostri pugnabitis: nam  
quia Deus cum eō quis resistet?

**Gaudete incolæ harum Regionum**, tuti sub  
Dominio ipsius degetis.

**Gaudet tu ô Christi ECCLESIA**,  
erit erit qui te à Tyrannide & Idololatria An-  
tichristi iniquissima & impurissima vin-  
dicabit.

Erit qui tibi nutritius erit:

*Ezai: 49.23*

**Gaude tu ô REX FRIDERICE à DEO misse  
ac date,**

Sis verus FRIDERICUS, hoc est pacificus,  
eo enim nomine & re indiguimus, quoniam  
PATRIÆ NOSTRÆ salutare futurū erat.

**Transfer huc Heidelbergam tuam, ut sit una  
Colonia cum his Regionibus nunc & in  
posterum.**

D 3

Transfer

& hor-  
ordinis,  
DEI, se-  
andem, si  
aprobatū.  
inc à Do-

ille, ma-  
lis,

quidem e-  
od ex ma-

à DEO  
DEO gu-  
christianum

, &c. A-  
legem.  
no pretio-  
nc à DEO

David



Transfer Ecclesiam, quo Monachatus expellatur, & veritas Evangelij pure ac sincere prædicetur: Tuum, post Deum, hoc totum tuum inquam hoc totum es.

Cogita Homo, si vixtus ac captivus esses, quæ Tyrannis tibi sufferenda, quæ lacrymæ effundenda, qui ignes, quæ vis, quæ tormenta subeunda ac devoranda essent?

Liberatus itaq;, quæ non jubila effundes?

Qui ergo gaudeas & læteris, facis materiæ cum David vide habes.

: Verum non gaudendum tantū, Vovendum eit etiam

At que David vovit? ista, quum inquit

Obsecro Domine, serva nunc:

Obsecro Domine, prospera nunc videlicet

Regem tuum Davidem,

Regnum illius,

Ecclesiam, Populum, &c.

Ita nos dicamus: Conserva Domine

Regem nostrum FRIDERICUM:

Regnum illius:

Ecclesiam:

Prospera Domine Regimen Regis nostri:

Domum, Familiam:

Prospera Reginam, Liberos, & dita eos benedictione sua.

Cap: 29.7

Propheta Jeremiās jubet orare pro Nebucadne-  
tzare alias Rege superbo ac inflato: quid ni er-  
go orandum pro Rege nostro placidissimo,  
Christianissimoq;.

Voveamus

- V**oveamūs illi itaq;  
Timorem D E I , qui fons omnis felicitatis.  
**P**ietatem, quæ promissionem habet hujus & i Tim: 8.  
alterius vitæ.
- J**ustitiam, quæ nervus pacatissimi status Re-Prov: 14.  
gnorum, elevatq; gentem. 34.
- P**rudentiam, quæ malis gliscientibus tempe-  
stivè obviat.
- V**itam longævam, Vita enim Regis pij ac  
boni, vita nostra est.
- S**uccessus felices, in pace enim ipsius & nos pa-  
cem habebimus, teste Propheta Jeremia, cap: 29. 2.
- I**mò dicamus liberè ad invidiam usq; hostium:  
**S**it nobis REX noster FRIDERICUS.
- P**alma illa, in domo D E I plantata, semper Psal: 92.  
florescens. 13. 14.
- C**edrus illa, sub cuius Umbra & ramis tuti la- Eze: 31.  
teamus. 3.
- J**osuæ, qui se non patiatur abstrahi à D E O. Iosue 24. 15
- M**ardochæus ille, qui coram Antichristo non  
flectat genua, ut ille noluit ea flectere co- Esther 3.  
ram Hamane. 2.
- J**osias , qui Ecclesiam Idolomania Papistica & Regnū  
horrendum conspurcatam Reformet. 23.
- E**zechias, qui reliquias cultuum Idololatrico- Regum  
rum, ut ille serpentem æneū confringat. 18.
- C**yrus, qui nobis exitum liberum è Babylone i- Esdra 8.  
niquitatis tribuat ut olim ille Judæis.
- A**hasverus qui hostes Patriæ , Religionis ac  
Pacis publicæ turbatores, ut ille Hamanē,  
eompescat.

Philip-

*Apophthe-  
gma Eras-  
mi.*

Philippos ille Macedo , qui palcrius existimetur  
benefaciendo quam potentiam vincere.  
Theodosius ille junior , qui mortuos etiam ad  
vitam revocare paratus sit.

Non erant frustraneæ preces Davidis: Nec nostræ  
erunt, modo ex sinceritate cordis ac animi  
proficiuntur..

Hæc de 1. 2. 3.

Noscamus quid præstitum sit nobis hac in die:

Noscamus omnia hæc facta esse à Domino, ab eo-  
q; pendere.

Exultemus invicem & exalteamus Dei nomen..

Voveamus Regi nostro optima quæq;..

Sic Rex noster : Sic nos ipsi prosperabimur..

Quodq; olim PERTINACI Imperatori mor-  
tuo advocis usq; defectum à populo Ro-  
mano acclamatum fuit: Pertinace imperan-  
te securè viximus, neminem timuimus: Hoc  
tandem acclamabitur & nostro Regi: FRI-  
DERICO imperante, securè viximus, nemi-  
nem timuimus. AMEN.



### ORATIO PRO REGE.

*Nehem:  
I.  
6.* **O**Mnipotens, vere, vive, unice & æterne Deus,  
Pater, Fili, & Spiritus Sancte : Sit quæso auris tua  
attendens, & oculi tui aperti, ut audias orationem  
servorum tuorum, quam oramus coram te hodie, die ac  
nocte, nempè pro Rege nostro F R I D E R I C O , quem  
nobis & his Regionibus tua singulari gratia, Magistratum  
Politicum

existimes  
ncere.  
etiam ad  
ec nostræ  
ac animi  
ndie:  
o, ab eo-  
omen.  
imur.  
ori mor-  
ulo Ro-  
imperan-  
us: Hoc  
egi: FRI-  
, nem-  
  
D E u s,  
auris tua  
ationem  
, die ac  
, quem  
stratum  
politicum  
Politicum supremum, curatorem & nutritorem Ecclesias, tibi unicè dilectæ, ordinasti & constituisti. Quia vero per imbecillitatē omnibus Communes impar est tanto, & tam arduo muneri: Te supplices oramus; Da ei Clementissime D E U S Spiritum Sapientiæ, & per veritatē tuam doce eum, ut vias suas recte ingrediatur, in casses mundi maligni non incidat, & citra impedimentum usq; ad finem vitæ nomini tuo sacratissimo serviat. Aperi ejus Cor, ut Verbum tuum recte meditetur & expendat: Manus tua ducat eum: Benedic processui & redditui ipsius: Confundantur coram eo, qui mala machinantur contra eum: Concede illi ô D E U S desiderium sanctum, ut nihil querat, nihil concupiscat, nisi quod in Verbo tuo permittitur & proponitur: Hoc unicum sit lucerna pedū ipsius, & lumen semitarum ejus: quo illud ardenter & unicè amet, inq; eo se die ac nocte exerceat, ut non tantum veritatem ad salutem proficuam inde cognoscat & addiscat; Sed etiam, ad subditorum suorum commodum, veram doctrinam pia libertate promoveat, debitaq; sinceritate tueatur: è diverso autem, falsam, idololatricam, impostoriam & impiam doctrinam, ut par est, reprimat & aboleat: Ita erit nutricius Ecclesiæ tuæ: Ita Templa Dijs claudet, et (cum Constantino) Christo ea aperiet. Ad hæc largire ipsi hanc gratiam, ut omnia, quæ illi vel facienda vel fugienda sunt, quæ illi vel profundunt vel obsunt, modis ac rationibus non nisi à te præscriptis & mandatis perquirat: Quæ autem piè suscepta, recteq; deliberata sunt, ea qua convenit, ab ipso, subditisq; illius vigilantiâ & sedulitate gerantur, teq; favente & auxiliante feliciter peragantur.

Præterea ô D E U S, mentem & animum ipsius sanctifica:

**F**ica! Consilia ipsius gubernat, ut te propitiatore quicquid cogitabit, molietur aut ager, tibi soli grata & accepta nemini autem damno & oneri injusta sint: Adhac, defende eum, atq; subditos ipsius universos, contra omnes Ecclesiae tuæ hostes manifestos, aliosq; infesto in eos invadentes animo, insultusq; hostiles violentos. Conclude in manu ipsius hostes illi, ac Regnis infestos, ijsq; disjectis, optatam victoriam ad eum devolve. Concede illi hoc quoq;, ut gubernationem laudabilem, & disciplinam honestam inter subditos conservet, ipsorumq; corpora, fortunas, jura, præcipue verò Religionem, contra vim manifestam, fraudesq; & Machinationes occultas, protegat ac defendat. Et breviter, ut cor illius, mens, animus ac voluntas congruat, cum voluntate tua sanctissima. Deinde largire ipsi fidos ac probos Consiliarios, Chusajo similes, qui non sua, sed tuam ô Deus gloriam, ipsiusq; ac subditorum prosperitatem, quo par est studio quærant, Achitophelesq; versipelles ac callidos procul abigas. Da item ut consilia & cogitata ipsius instituantur ac dirigantur juxta verbum ac voluntatem tuam, ad honorem nominis tui divini, ad ædificationem & conservationem Ecclesiae: ad pacificam deniq; & piam subditorum illius gubernationem. Procul amove omnes insidias ei structas, easq; vel manifestas, vel frustraneas reddat. Fac ut sit longævus in terra, videatq; tuo auspicio dies bonos ac pacis plenos. Tuere etiam amicos & consanguineos ipsius, præcipue vero Serenissimum Regem Magnæ Britanniæ, D. D. Socerum ejus, Serenissimam Reginam Elisabetham, Conjugem illius carissimam, liberos utriusq; sexus lectissimos, Dominam Matrem ipsius, Fratrem, & alios ei consanguinitate & affinitate conjunctos. Nomen tuum sit illi, ejusq; prosapia

prosapiæ turris fortissima, aduersus inimicosejus. Com-  
moretur ô Deus in tentorio tuo in secula: recipiat sc̄ in *Psal:67*  
occultum alarum tuarum: Dies diebus illius super addi-  
to: anni ejus sint ut multarum generationum. Maneat  
in seculum coram te, benignitatem & fidem præpara,  
quæ custodiat eum. Sic sic Jehova serva eum, sic  
Jehovah prospera, & benedictus sit, qui  
venit in nomine tuo ô Jehova,

A M E N.



## REGI NOVO SACRUM.

**R**EX vivat FRIDERICUS, amet Regē æthereus REX  
REGIS opus peragat, gerat ut bona nomina REGIS.  
REGI vota ferant, qui se optant dedere REGI.  
REGEM non timeant, venerantur qui benè REGEM.  
ô REX jam crescas, te servet jam Deus ô REX.  
AREGE auxilium est, gaudetq; BOHEMIA REGE.  
REGES jura legant, ea per benè stant quia REGES.  
REGUM dexteritas vincit corda effera REGUM.  
REGIBUS hæc referas, quæ REGIBUS haud malè quadrant  
REGES Jova facit, deponit at is quoq; REGES.  
ô REGES PATRIÆ PATRES, benè vivite REGES.  
REGIBUS à nostris procul hinc eat anxia pestis.

*Autor.*

icquid  
ta ne-  
defen-  
es Ec-  
inva-  
nclude  
sjectis,  
lli hoc  
am ho-  
ra, for-  
mani-  
egat ac  
ac vo-  
Dein-  
o simi-  
ac sub-  
, Achi-  
a item  
ur jux-  
nis tui  
siæ: ad  
natio-  
sq; vel  
gævus  
lenos.  
ouè ve-  
Soce.  
conjuge  
s, Do-  
guini-  
eiusq;  
osapiæ

**H**æc quoq; gratatur F R I D E R I C O pagina R E G I  
Cum subit is terras M A R C H I O M A N N E tuas.  
Cui tamen illa datur? *Sculteto Rumpfiadæg,*  
Quos faciles medicos R E X F R I D E R I C U S habet.  
*Scultetus* verbis hunc curat, *Rumpfius* herbis,  
Corporis hic animi sed lævat ille malum.  
O levet & nostras aliquo medicamine M u s a s.  
Auxiliumq; ægris D O C T O R uterq; ferat.  
Languemus morbo diuturno perq; tenaci,  
Et frustrà procerum sollicitamus opem.  
Bella tenent male tuta viros; placet horrid⁹ ensis.  
At, jucunda diu visa, Camæna jacet.  
Supprime sed tales mea supreme Musa querelas,  
Lætitiae Moravis fulsit ab axe dies.  
*Sculteto* potius bona Rumpfiadæg, precare,  
Utq; bonum quærant, sollicitato, tuum.  
Hac quoq; Materies Medicis est digna peritis,  
Cum mala per longas invaluere moras.

M. Johannes Campanus  
Vodnianus.



AC

REGI  
E tuas.  
,  
habet.  
s,  
m.  
SAS.  
rat.  
.  
ensis.  
herelas,  
  
ritis,



UD 17






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-26917-p0040-6

DFG

Tales enim  
leg:) nec civi-  
versum star-  
test: violari  
poena nequ  
gnus magni-  
misso vultu  
Romania au-  
nemini, nec  
gredi, lictori  
cedere jube-  
fenderet, ve  
viam venire  
ni honoris  
testatur.

Quod si  
gis nobis Cl  
tantum, sed  
mus etiam E  
star DEI in  
aliud esse, qu  
Etis, belluan  
men ipsis a  
(Prov:24. v  
jectio (Ron



nem lib:3. de  
m genus uni-  
mundus po-  
certissimaque  
quamvis ma-  
n Regem de-  
egum I. v. 23.  
s consules, ut  
cum eis pro-  
m de via dif-  
um pedes of-  
em eques ob-  
ir, quod mag-  
e Valer:Max:

s, quanto ma-  
, qui non lege  
ellimur: Sci-  
tianos, adin-  
ne Rege, nihil  
em sine præfe-  
DEORUM no-  
bentur timeri  
:2. v. 17.) Sub-  
nostrum Se-  
renissi-